

ut quoscunque advocatores velint, eligendi facultatem habeant, & omnis publicæ exactionis potestatem in prædictis locis exhibeant omni Marchionum Comitum vice-comitum, seu quarumlibet personarum potestate recisa; si vero quod absit aliquis contradictor hujus nostri præcepti extiterit, & hanc nostram imperialem confirmationem irrumpere temptaverit, quingentas libras purissimi auri componat medietatem Camere nostræ, & medietatem sanctæ Aquensi Ecclesiæ, ejusque Episcopis in perpetuum. Ut igitur hæc nostra constitutio inconcussam obtineat vigorem (4) inferius manu propria hujus præcepti paginam confirmantes sigillo nostro impresso eam insigniri jussimus.

Signum Domini Henrici secundi Romanorum Imperatoris Augusti. Opizo Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum VII. idus jul. anno Dominicæ Incarnationis TLII. indict. V. (5) anno autem Domni Henrici tertii Regis, secundi Imperatoris ordinationis ejus XXIII. imperii VI. actum Radisbone feliciter amen.

(1) In exemplari D. Gatti imperatores. (2) Nexa ita in vetusto quodam exemplari Archiv. Episcop. ex Autographo descripto a duobus notariis jussu Guidonis Episcopi Aquensis anno 1346. 6. novembris coram Jacobo Fontana notario Imperiali. (3) Apud Gatti Formentianum. (4) Apud Gatti additur per sæcula.

(5) In transunto Guidonis Episcopi MLIII. ind. X. vides ergo quantum hisce apographis licet vetustis fidendum sit. In hoc Notarii testantur diploma habuisse sigillum appensum, in quo erat imago designata habens pileum in capite, in dextera manu sceptrum, in sinistra rotundum quoddam cum Cruce desuper posita, & in circulo ipsius Imperatoris nomen.

Confirmatio donationis duarum Capellarum S. Petri, & S. Benedicti villæ de Lugo facta Abati Silvestro ex arch. mon. Savilian.

21

M L V.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, secundo Henrico gratia Dei Imperatore Augustus, anno imperii ejus Deo propitio nono, die mensis madii, indictione octava, monasterio S. Petri constructum in villa, quæ dicitur Saviliano. Nos Adila Comitissa filia quondam Azonis Marchio, & relicta quondam Anselmi, itemque Marchio & Anselmus & Hugo germanis mater, & filii prædicto quondam Anselmi quod professa sum ego ipsa Adila ex nativitate mea legem vivere Langobardorum, & nos quem supra germanis etiam nationes nostras lege vivere Salica, ipsi namque filii, & mundoaldi mei mihi consentiente, & subter confirmante promittimus, & spondimus quasi oblicamus nos quem supra mater & filii una cum nostris heredibus, ac proheredibus, ut amodo nulli unquam interesse non habeamus licentiam, nec potestatem agere, nec causare, est tamen pars ipsi monasterio, aut cui pars ipsi monasterio dederit nominative de capellis duas cum omnibus rebus ad ipsas pertinentibus seu & omnibus rebus juris ipsi monasterio, quibus sunt positis in loco, & fundo Lugo, & in ejus territorio: una ex eisdem ca-

pellis est ædificata in honore S. Petri, alia est ædificata in honore S. Benedicti nominative prædictas capellas, seu & omnibus aliis, prædictis rebus sicut advenierunt ante hos annos ad pars ipsi monasterio per chartam offerfionis de parte quemdam Ottani, & quemdam Odilo qui & Wido matre, & filii dicendum quod nobis exinde aliquid pertinere debent se ex omni terræ exinde taciti, & contenti permaneamus. Quid si ambo aliquando terræ nos quem supra mater & filii, nostrisque heredibus, ac proheredibus adversus pars ipsi monasterio, aut cui pars ipsi monasterio dederit de prædictas capellas, seu de jam dictis rebus omnibus agere, aut causare, vel remove præsumserimus, & taciti exinde omni tempore non permanferimus, vel si apparuerit ullum datum, aut factum, vel quod libere scriptum, quod nos exinde in aliam partem fecissemus, & claruerit, tunc promittimus quasi oblicavimus duplis ipsis rebus sicut pro terra fuerint melioratis, aut valuerint sub æstimatione in consimilibus locis. Insuper pœna ori optimi oncias centum, argenti pondera ducenti, & in eo tinore ut supra latius quidem, & ad hanc confirmandam promissionis chartam accepimus nos, quem super mater & filii a Te Dominus Silvester Abbas ejusdem monasterio exinde Launechild Crosna una. Ut hæc nostra promissio sicut supra latius pars ipsi monasterio, aut cui pars ipsi monasterio dederit perennis temporibus firma permaneat quasi persistatur & Bergamena cum astramentario de terra elevavimus, nosque supra germanis paginam Aldeberti notario Sacri Palatii tradidit, & scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandam. Factum in ripa Padi in comitatu

Permutatio Ecclesiarum, ac possessionum inter S. Widonem Episcopum Aquensem, & Sigulfum Abatem monasterii S. Petri.

M L V I.

22

In die Veneris, quod est quarto decima julii in Camera solariata, quæ est in Castelletto Episcopio sanctæ Aquensis, præsentia bonorum hominum, Romanos, & Longobardos, eorum subter leguntur, per fustem, quod sua tenebat manus dedit investituram Dominus Wido gratia Dei Aquensis Episcopus Sigulfus Abba Monasterium S. Petri, situm foris prope civitatem Aquis nominative de Ecclesia una, quæ nuncupata est Capella, cum hominibus, rebus a se pertinentibus juris ipsius Episcopi, quæ esse videtur in loco, & fundo Barbata supra fluvio Burmia, quæ est ipsa Ecclesia ædificata in honorem S. Quirici; præter ante posuit tota illa terra, quæ Agiradus Vicedominus per beneficium detinebat ex parte ipsius Episcopio; nam alia omnia ut infra. Ita tamen ut faciat ipse Sigulfus Abba, & suos successores a parte jam dictum Monasterium S. Petri, de jam dicta Ecclesia cum hominibus, rebus a se pertinentibus, quidquid voluerit, sine homni contradictione eidem Domini Widoni Episcopus, suosque successores, præter quod sup. ante positum est. Sed præter hoc ipse Dominus Wido Aquensis Episcopus eidem Sigulfus Abba ista investita dedit de eandem Ecclesia, cum homi-